



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

8 De duratione contemplationis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

ARTICVLVS VITI.  
Vtrum vita cōtemplatiua sit diuturna.

**A**D OCTAVVM sic procedit.  
Videtur q̄ vita cōtemplatiua non sit diuturna. Vita enim cōtemplatiua essentialiter consistit in his quæ ad intellectum pertinent: sed omnes intellectiue perfectiones huius vite euacuabuntur, secundum illud 1. ad Corinth. 13. Siue prophetiæ euacuabuntur, siue lingue cessabunt, siue scientia destruetur. ergo vita cōtemplatiua euacuatur.

¶ 2. Præ. Dulcedinem cōtemplationis aliquis homo raptim & transeundo degustat. unde August. dicit in 10. confess. \* Intromittis me in affectum multum inuisitatum introrsus ad quam necessum dulcedinē, sed redeo in hoc arumnosus ponderibus. Greg. et dicit in 5. Moral. \* exponens illud Job. 4. Cum spiritus me pressente transiret. In suauitate, inq̄, cōtemplationis intima nō diu mēs figurat, quia ad semetipsum ipsa immensitate luminis reuerberata reuocatur. ergo vita cōtemplatiua non est diuturna.

¶ 3. Præ. Illud quod non est homini naturale, non potest esse diuturnum: vita autē cōtemplatiua est melior, quàm secundum hominem. ut Phil. dicit in 10. Ethic. \* ergo videtur quod vita cōtemplatiua non sit diuturna.

**S**ED CONTRA est, qd̄ Dominus dicit Luca 10. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea: quæ ut Greg. dicit super Ezech. \* cōtemplatiua hic incipit, ut in cœlesti patria perficiatur.

**R**ESPON. Dicendū, q̄ aliquid potest dici diuturnū dupliciter. Vno modo, secundum suā naturam: alio modo quod ad nos. Secundū se quidem manifestū est, q̄ vita cōtemplatiua diuturna est dupliciter. Vno modo, eo q̄ versatur circa incorruptibilia, & immobilia. Alio modo, quia nō habet contrarietate. Delectationi enim quæ est in consideratio, nihil est contrariū, ut dicitur in 1. Topic. \* Sed quod ad nos etiam vita cōtemplatiua diuturna est, tum quia cōpetit nobis secundum actionē incorruptibilis partis animæ, scilicet secundum intellectum: vnde potest post hanc vitam durare. Alio modo, quia in operibus cōtemplatiue corporaliter non laboramus: unde magis in huiusmodi operibus continue persistere possumus, sicut Philosophi dicit in 10. Ethic. †

**A**D PRIMVM ergo dicendū, q̄ modus cōtemplandi nō est idē hic, & in patria. Sed vita cōtemplatiua dicitur manere rōne charitatis, in qua habet & principium, & finē. Et hoc est qd̄ Greg. dicit super Ezech. \* Cōtemplatiua hic incipit, ut in cœlesti patria perficiatur: quia amoris ignis, qui hic ardere inchoat, cum ipsum quē amat viderit, in amore ipsius amplius ignescit.

**A**D II. dicendū, q̄ nulla actio potest diu durare in sui summo. Summum autem cōtemplationis est, ut attingat ad vniuersitatem diuine cōtemplationis, ut dicit Dion. sicut supra positum est. \* Vn̄ est quātū ad hoc cōtemplatio diu durare nō possit, tñ quantum ad alios cōtemplationis actus, potest diu durare.

**A**D III. dicendū, q̄ Phil. dicit q̄ vita cōtemplatiua esse supra hominem: quia cōpetit nobis secundum hoc, q̄ aliquid diuinū est in nobis. Intellectus, qui est incorruptibilis & impassibilis in se: & ideo actio eius potest esse diuturnior.

QVAESTIO CLXXXI.

De vita actiua in quatuor articulos diuisa.

**D**EINDE considerandū est de vita actiua. **E**T CIRCA hoc quaeruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum omnia opera virtutum moralium pertineant ad vitam actiuam.

¶ Secundo, Vtrum prudentia pertineat ad vitam actiuam.

¶ Tertio, Vtrum doctrina pertineat ad vitam actiuam.

¶ Quarto, De diuturnitate uitæ actiue.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum omnes actus virtutum moralium pertineat ad vitam actiuam.

**A**D PRIMVM sic proceditur. Videtur q̄ non oēs actus virtutum moralium pertineant ad vitam actiuam. Vita enim actiua v̄ consistere solum in his q̄ sunt ad alterum. dicit enim Greg. super Ezechiel. \* q̄ actiua vita est panem esurienti tribuere. Et in fine, multis enumeratis q̄ ad alterum pertinent, subdit. Et quæ singulis quibusq̄ expediunt dispensare. Sed non per oēs actus virtutum moralium ordinamur ad alios, sed solum s̄m iustitiam & partes eius, ut ex supradictis patet. †

Secunda Secunda S. Th. o.

continuitatem confert. Tercium est in responsione ad secundum, ubi manifeste habes, quod superius diximus de motu circulari in hac vita, hoc est, summa Dei cōtemplatione, & quod possibilis, & quod diuina, & quod transitoria est.

Super Quæstionis centesime octuagesime prima Articulum primum.

In articulo primo quæstionis centesime octuagesime prima, dubium statim occurrit circa rationem literæ ad principalem conclusionem: consistit enim in hoc. Virtutes morales ordinantur ad operandum principaliter ergo pertinent essentialiter ad vitam actiuam: quia vita actiua ordinatur ad exteriorem operationem. Videtur enim hæc ratio deficere procedendo ab operatione ad exteriorem operationem. Nam virtutes morales ordinantur principaliter ad operationem, sed non exteriorem: quoniam ordinantur ad interiorum passionum moderamen. Vita autem actiua in exteriore operatione consistit.

Ad hoc dicitur, quod exterior operatio, ad quam ordinatur actiua vita, non est sola illa quæ extra corpus exercetur, ut uestire nudum, pascere esurientem, & huiusmodi: sed etiam est illa quæ extra intellectum fit. Quod patet ex hoc, quod vita actiua distinguitur contra cōtemplatiuam eadem distinctione qua intellectus practicus distinguitur contra speculatiuum, ut in articulo secundo, quæstionis septuagesime nonæ superius patet. Et in sequenti articulo in responsione ad primum, expressè dicitur, quod prudentia quæ habet finem in actu appetitiue virtutis, pertinet ad vitam actiuam. Quia igitur operatio

Ad hoc dicitur, quod exterior operatio, ad quam ordinatur actiua vita, non est sola illa quæ extra corpus exercetur, ut uestire nudum, pascere esurientem, & huiusmodi: sed etiam est illa quæ extra intellectum fit. Quod patet ex hoc, quod vita actiua distinguitur contra cōtemplatiuam eadem distinctione qua intellectus practicus distinguitur contra speculatiuum, ut in articulo secundo, quæstionis septuagesime nonæ superius patet. Et in sequenti articulo in responsione ad primum, expressè dicitur, quod prudentia quæ habet finem in actu appetitiue virtutis, pertinet ad vitam actiuam. Quia igitur operatio

Supra. q. 86. art. 2. cor. & opul. 17. c. 7. ad 7.

Homil. 14. in Ezech. parum ante med.

q. 58. art. 2. & 12. q. 60. art. 2. & 3.

111 4 exte-